Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-42792-p0001-4

Universitäts-Bibliothek Halle/S.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-42792-p0002-0

IN NOMINE DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI,

PROPONENDA DESIGNATIS PASTORIBUS ET DIACONIS POST EXAMEN SOLENNE ANTE ORDINATIONEM.

I.

UT ſtudium Theologicum per quam ſedulo inpoſterum tractent, cumprimis vero ſacræ Scripturæ lectionem & devotam Ἑρμηνεύσιν ſibi habeant quam commendatiſſimam, ut & piam libri Concordiæ pertractationem.

II.

Ut in Officio ſe gerant ſedulos, induſtrios & gnavos, & doctrinam orthodoxam pia & decenti vitæ conformatione & converſatione ornent.

III.

Ut Conciones ſuas diligenter præmeditatas & charta conſignatas ad populum habeant, & in iis tractent potiſſimum ea, quæ ad ædificationem, hoc eſt, informationem in articulis fidei ad ſalutem neceſſariis, conſolationem vero contritorum, correctionem & emendationem impœnitentium & peccatis contra conſcientiam immerſorum, morum denique Chriſtianorum & ſtudii pietatis inculcationem faciant.

IV.

Ut catecheticam inſtitutionem & repetitionem penſi habeant quam maximè, & omnem lapidem pia ſimplicitate & condeſcenſione ad captum auditorum moveant, quo & ſenſus verborum literalis & legitimus in pœnitentiæ partibus fructibusque uſus, ipſis innoteſcat.

V.

Ut vitam & converſationem parochialium auditorum ſedula inſpectione obſervent, inde enim dicti Ἐπίσκοποι, Act.20. v.28. 1. Tim 3. v.2. aberran-

rantesque à regia pietatis via, prudenter, circumſpectè & paternè monendo privatim, reducere in eam quâvis ratione ſatagant. Quod ſi contumacia & proterva impietas animadvertatur, ut id maturè ſuperioribus debita ratione indicent, quo admonitionum gradus ad peccantium converſionem & ſalutem ritè obſervari poſſint. Caveant verò ab excommunicatione & ſuſpenſione à S. Cœnæ uſu (ut & quavis rerum arduarum in miniſterio occurrentium expeditione) privato auſu ſuſcepta, adeoque affectuum privatorum illicitorumque dominio in ſolidum in officio ritè peragendo renuncient.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-42792-p0006-2

Ut … neditatas &
charta co… , & in iis
tractent … icationem,
hoc eſt, i… ei ad ſalu-
tem nece… ntritorum,
correctio… enitentium
& peccati… orum, mo-
rum den… pietatis in-
culcation…

Ut … repetitio-
nem pen… & omnem
lapidem … one ad ca-
ptum aud… ſus verbo-
rum liter… æ partibus
fructibus…

Ut … rochialium
auditorum… , inde enim
dicti Ἐπι… v. 2. aber-
ran-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-42792-p0007-8